



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CLXII. Facta fundatione certi numeri Missarum, si successu temporis victualium & aliarum rerum ad Sacerdotis sustentationem necessariarum pretium augeatur, in quibus casibus procedi debeat ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

96 Petri Francisci de Tonduti Sanlegerii,

habet annum ad promovendum; ne si promoveretur in primo anno, & deinde in fine anni beneficium ab eo evinceretur, remaneret sine beneficio, & in dedecus Ordinis clericalis mendicare cogere-
 tur: ut testatur Rebuff. in d. tit. de non promou. in-
 tra annum, n. 45. quem citat Sanch. in cons. moral.
 23 lib. 2. c. 2. dubit. 22. n. 9. † Quamvis de jure com-
 muni possessio dicatur pacifica, quando provifus
 possedit per aliquod tempus, quamvis postea intra
 annum lis mora fuerit: unde si possessio sine lite
 continuata fuerit per unum, aut duos menses, tem-
 pus anni ad promotionem datum currit: Sanch.
 lib. 2. cap. 2. dub. 7. num. 10. & 13. & nos diximus
 p. 2. c. 5. §. ultimo, n. 21.



CAPVT CLXII.

Facta fundatione certi numeri Missarum,
 si successu temporis victualium, & alia-
 rum rerum ad Sacerdotis sustentatio-
 nem necessariarum pretium augeatur, in
 quibus casibus procedi debeat ad redu-
 ctionem numeri Missarum; & cujus au-
 thoritate id fieri debeat. In quibus verò
 casibus, retento eodem Missarum nu-
 mero, possit Ecclesia petere sibi augeri
 stipendium, seu verius elemosynam pro
 Missis fundatis. Et quando verba pia
 fundationis taxativè, vel demonstrativè
 prolata censentur.

SVM MARIVM.

- 1 Missarum reductioni ubi locus est, summus Pon-
 tifex illas reducendas esse censuit ad rationem
 50. vel 60. scutorum annuorum pro qualibet
 Missa diurna.
- 2 Olim reductio Missarum fieri poterat authorita-
 te Ordinarii, hodie tamen summus Pontifex
 adendum est.
- 3 Missas nondum acceptatas Episcopus ad Capi-
 tuli requisitionem, etiam inconsulto Romano
 Pontifice, reducere potest ad minorem nume-
 rum.
- 4 Legatum taxativè relictum, non admittit augmen-
 tum salarii Missarum.
- 5 Si testator legatis verba incepit à numero Mis-
 sarum, & postea adjecerit quantitatem eleemo-
 syna, seu stipendii, censetur loquutus demonstra-
 tivè: & ideo remanente eodem Missarum nu-
 mero, stipendium augeri debet.
- 6 Dispositio facta favore pia causa, potius demonstra-
 tivè quàm taxativè facta censetur.
- 7 Immo Senatus Tolosanus judicavit distinctionem
 illam taxationis, vel demonstrationis, in legatis
 piis non esse admittendam; sed indistinctè fun-
 dationem in totum exequendam super omnibus
 bonis fundatoris.
- 8 Quando agitur de opulenta hereditate, Missarum
 ordinarum numerus adimpleri debet, assigna-
 to competentis stipendio, nec illarum reductio fie-
 ri debet.
- 9 Regulariter dispositio debet taxari secundum tem-
 pus, quo illa effectum sortitur, nempe tempore fa-
 ciendæ fundationis.
- 10 Augeri debet stipendium Missarum fundatarum,

- quando talis est verisimilis voluntas fundatoris.
- 11 Quando tractatur de iis qua successu temporis
 variantur, debet etiam ad futurum haberi
 respectus.
- 12 Si pecunia propter fructus solvenda sit, attenditur
 tempus solutionis, non dispositionis.
- 13 Quidquid sit eb aliquam causam, regulari debet
 secundum illam causam.
- 14 Per receptionem solutionum prateritarum Eccle-
 sia sibi non præjudicat quoad solutiones futurarum,
 seu decursas à die litis moræ.

Testatrix mandaverat super omnibus bonis suis
 fundari unam Missam singulis diebus perpe-
 tuò in certa Ecclesia celebrandam, quam voluit de-
 ne & decenter fundari super omnibus suis, infra
 unum annum à die sui obitus computandum, &
 acquiri census pro prædicta fundatione, ut in per-
 petuum illius fundationis memoria remaneret.

Et post ejus obitum, ejus hæres moras deroga-
 ne voluit in eadem Ecclesia fundari unam Missam
 semper & in perpetuum singulis diebus celebra-
 dam: pro qua quidem fundatione illius Missæ
 gaviv quingentos florenos monetæ currentis, &
 mel per heredem solvendo intra annum sui obit-
 us, volens quod emanaret census pro dicta fun-
 datione.

Cum autem dicta Ecclesia, in qua fundata
 fuerat, per plures annos contenta fuisset solu-
 tione annua 36. librarum pro dictis duabus Missis
 illius administratores illa non contenti quæsi-
 utrum de jure petere possent augmentum fructu-
 dii, seu elemosynæ pro dictis Missis, & quod
 summa illa solvi consuevit non est sufficiens
 rerum omnium pretia, propter multas carissime-
 fecas, mirum in modum hodiernis temporibus
 aucta sint: an verò duntaxat agere possint ad re-
 ductionem numeri Missarum, juxta summam qua
 tempore præfati Sacerdotibus Missam celebra-
 bus præstari solet.

Et quidem quoad Missas per dictum hæredem
 fundatas major erat difficultas: non quidem
 Missarum reductionem ad competentem numerum
 faciendam, quatenus Ecclesia tali reductione
 contenta, quia reductio Ecclesiæ denegari
 posset, habita ratione & ad proportionem elemo-
 synarum, quæ hodiernis temporibus præstari
 lent pro qualibet Missa, † videlicet ad ratio-
 nem sexaginta scutorum pro quolibet anno pro
 ne Missæ singulis diebus celebrandæ, quod efficitur
 ad decem solidos pro qualibet Missa, prout
 tum fuit per Urbanum VIII. in favorem
 Conventualium ordinis Minorum, sub die 8. de-
 gusti 1639. quæ constitutio est inserta apud
 de Peyrin. in res. constitutiones novissimas, fol.
 27. fol. 436. vel saltem ad rationem 50. scuto-
 rum quolibet anno pro qualibet Missa quædam
 summa Pontificem in favorem RR. PP. Minus-
 rum die 13. Julii 1626. quæ reductio ascendit
 octo solidos cum tertia parte unius solidi pro
 quolibet Missa, ut habetur in constitutione 5. apud
 dem Authorem, fol. 278. ita tamen ut æquus
 semper rationem habeat loci, temporis, & consue-
 tudinis regionis. † Quæ reductio Missarum
 fieri posset per Episcopos, vel Abbates, aut
 rales Ordinum, juxta Concilium Tridentinum
 sess. 25. de reformat. c. 4. sicuti etiam reductio
 versariorum fieri potest per Episcopum ad certum
 numerum Missarum, vigore facultatis illi à Con-

Quaest. & Res. benef. Pars III. Cap. CLXII. 97

lio in dicto cap. 4. concessa, quod intelligi debet de oneribus Missarum ante Concilium impositis, ut testatur Barbosa in novis ad dictum cap. 4. n. 11. post plures ab eo citatos: de qua materia copiose tractat Garc. de benef. p. 7. c. 1. n. 125. & mult. sequentib. Monet. de commut. ultim. vol. cap. 5. n. 365. & sequent.

Hodie tamen propter constitutionem Urbani VIII. sub die 21. Julii 1625. recurrendum est ad Sedem Apostolicam, & illius auctoritate facienda est reductio, ut testatur Barbosa in decisionibus Apostolicis, c. 475. n. 5. qui dictam constitutionem refert in tractatu de jur. Eccles. univ. lib. 1. c. 17. n. 92. quae constitutio Urbani intelligenda est de Missis, quae fuerunt acceptatae: si enim agatur de fundatione Missarum nondum acceptata per Capitulum, vel Ecclesiam, posse Episcopum solum illas reducere & moderari; cum ad id facultatem haberet de iure communi ante Concilium, ut refert Diana resolut. moral. p. 6. tract. 6. resolut. 10.

Sed dubium principaliter in eo consistit, utrum si Ecclesia nolit agere ad reductionem Missarum, sed illas celebrare velit juxta tenorem fundationis, & ideo petat annum praestationem pro dictis Missis faciendam augeri ad competens salarium, seu elemosynam, veluti ad rationem octo, vel decem solidorum pro qualibet Missa, aut aliis arbitrio iudicis, debeat iudex augere dictam elemosynam, an vero numerum Missarum duntaxat reducere? Difficultas oritur ex eo, quod summa per testatorem legata pro Missis recitandis, limitata est ad quingentos florenos, quos testator voluit converti ad censum annuum pro securitate fundationis: unde cum taxativè relictum videatur legatum, non debet augeri, quamvis Missarum stipendia causa temporis aucta sint, & praestari soleant, ut testatur Castrenf. conf. 338. lib. 1. Gigas de pens. q. 62. n. 2. & 3. Monet. de commut. ultim. volunt. dicto c. 5. n. 572. Castil. lib. 4. controv. c. 4. n. 21. Cavalc. in indice decisionum primae partis, in versis, verba in dubio, Rot. decis. 11. de testamentis, in antiquis, Duran. de ar. testand. tit. 6. de legat. cautel. § 9.

Contrarium nihilominus verius esse existimavi, videlicet Ecclesiam fundatam esse petendo augmentum stipendii Missarum: quae sententia in eo fundata est, quia in casu proposito, non taxationis, sed demonstrationis gratia summa quingentorum florenorum per fundatorem relictæ fuit: cum ipse non dixerit se legare quingentos florenos pro celebratione Missarum, nec incepit legatario quantitate, sed incepit suam dispositionem à numero Missarum: addendo quod pro illarum dotatione legabat quingentos florenos: atque ita non adjecit praestationem illius summae substantiae legati, sed duntaxat illius executioni: cum igitur demonstrativè, non autem taxativè loquutus fuerit, & summa legata non sit sufficiens ad numerum Missarum à testatore ordinarum, habito respectu ad tempus praesens, numerus Missarum non debet diminui, sed illarum dotalio potius augeri: juxta distinctionem superius allatam ex Castrensi dicto conf. 338. lib. 1. & alios superius allegatos, & nominatim Monet. dicto c. 5. de commut. ultim. volunt. n. 571. & 572. ubi bene distinguit utram dispositio incipiat ab onere, an verò à quantitate: ut primo casu augeatur stipendium, remanente eodem numero Missarum: secundo verò casu remaneat quidem stipendium in eadem quantitate, sed numerus Missarum minuat, & reducatur ad legitimum modum.

Praeterea cum agatur de causa pia, & favorabili: quo casu designatio illius summae censetur facta

demonstrativè, non autem taxativè, & per consequens legatum augeri debet: ut fufius comprobavimus superius in 1. p. c. 90. n. 2. ubi plures allegavimus, sed nominatim Ferrer. ad Guid. Papa. q. 8. ubi dicit indistinctè, sive gratia taxationis, sive demonstrationis, summa relictæ fuerit, & sive ab onere, sive à quantitate inceptum fuerit, sive in eadem, sive in diversis orationibus, semper debere fieri augmentum stipendii Missarum, nec locum esse illarum reductioni: & atque ita in Senatu Tolosano judicatum testatur D. Dolive lib. 1. quaest. 1. c. 6. ubi dicitur in similibus legatis distinctionem illam taxationis, aut demonstrationis, locum non habere.

Sed hic cessabat omnis difficultas, quia agebatur de hereditate opulentissima, & de fundatione, quam testator voluit esse perpetuam: & sic non reductioni Missarum, sed augmento salarii locus esse debet, ut bene determinat Genuens. in practica. Eccles. q. 180. n. 3. Diana in resolut. moralib. part. 2. tract. 14. de celebrat. Missar. resolut. 17. quia testator habuit praecipuam intentionem, ut Missae perpetuis temporibus celebrarentur, quamvis praevideret numerum Missarum majus salarium exigere, quia hereditas erat sufficiens: Barbosa de potestate Episcopi, allegat. 29. n. 7. & ad Concil. Trident. sess. 25. de reformation. c. 4. n. 6.

Quod autem attinet ad fundationem contentam in priori testamento, facilis propositi dubii resolutio colligitur ex praecedentibus; cum enim facta certae summae designatione in testamento heredis, superius ostensum fuerit, auctis successu temporis rerum pretiis, Missarum augenda esse stipendia, multò magis hujusmodi augmento locus erat in casu prioris testamenti, in quo simplex Missarum fundatio absque ulla certae summae determinatione facta fuit, cum principalis testatoris intentio fuerit, ut Missa illa perpetuis temporibus celebraretur, & ageretur de opulenta hereditate: nec sit verisimile eam habuisse intentionem, quod in futurum numerus Missarum per eam ordinatus reduci, aut minui posset, ut ostendunt Genuens. Dian. Barbosa, & alii superius allegati.

Et quamvis ex dispositione testatoris Missarum dotalio intra annum fieri debuisset, ita ut obligatio heredum non videatur extendenda ultra suos terminos temporales, & sic restringenda ad statum, qui erat tempore faciendae fundationis, ex notatis per Mantica. de tacit. convent. lib. 3. tit. 15. n. 5.

Illa tamen generalis regula locum non habet quando in contrarium adest verisimilis voluntas testatoris; tunc enim non solum attenditur tempus, intra quod ipsius voluntati satisfieri debet, sed etiam ad futura tempora respectus habendus est: Mantica. de conjest. lib. 1. tit. 3. n. 22. & per hanc rationem, in terminis casus propositi ita determinat Genuens. practica. Eccles. quaest. 180. n. 3. ut etiam futuri temporis habenda sit ratio pro augenda Missarum elemosyna.

Imò neque solum tempus obligationis respectuendum est, sed etiam ad futura tempora respectus haberi debet, quando agitur de iis in quibus successu temporis variatio contingit, veluti dum agitur de alimentis, quae quamvis judicialiter taxata fuerint, novam tamen successu temporis iudicis exposculant taxationem: Mantica. decis. 331. n. 2. semper enim in iis, quae tempore variantur, subintelligitur clausula, Rebus sic stantibus; l. quod Servius, ff. de condiect. ob causam; Mantica. dicta decis. 331. num. 6. Rip. in l. ex facto, num. 38. ff. de vulgari, Roland. conf. 39. num. 54. lib. 4. Surd. conf. 335. num. 21. & proba

98 Petri Francisci de Tonduti Sanlegerii,

- probat per text. in *Clement. 2. de decim.* † ubi si pecunia propter fructus solvenda sit, attenditur tempus solutionis, non dispositionis: Geminian.
- 13 *conf. 137. col. 2. versic. & pensio est ordinata.* † Et quidquid sit ob aliquam causam, regulariter secundum illam causam: Bartol. in l. *Seio, ff. de annu. leg. Casanat. conf. 44. a n. 26. ad 40. Geminian. conf. 70. quem citat & sequitur Tusch. littera L. concl. 72.*
- 14 Neque per receptionem solutionum præteritarum Ecclesia sibi præjudicavit quoad decursas à die litis mortæ, vel quoad eas quæ in futurum decurrerent, cap. cum accessissent, de *confir.* cum ibi notatis per Doctores, qui regulariter concludunt non censi Canonicos tennuare quoad futura, quando agitur de re tractum successivum habente. Et ex his concludendum est, in utroque casu, non Missarum reductioni, sed augmento salarii locum esse, & ita bis fuit iudicatum, licet nunc causa pendeat in tertia instantia ex aliis fundamentis in facto deductis.



CAPVT CLXIII.

Litem super possessorio manutenendam, vel adipiscendam, non reddere beneficium litigiosum, sed tantum possessionem, adeo ut alteri cedi non possit. Et utrum possessio post litem alteri cessa, revocari in primis debeat, tanquam attentatoria. Quod si tertius iste fuerit provisorius ab Ordinario, an dici possit legitimus contradicitor adversus provisorium Apostolicum. Beneficia litigiosa esse improprie reservata, sed tamen ad Ordinario collatore conferri non posse. Beneficium utrum designat esse litigiosum per cessionem juris, & litis, sive cessio seu renunciatio facta fuerit simpliciter, sive in favorem alterius.

S V M M A R I V M.

- 1 Possessio efficitur litigiosa per litem motam super possessorio.
- 2 Possessio litigiosa in alium transferri non potest.
- 3 Sola lis super possessorio non efficit, ut beneficium dicatur litigiosum, etiamsi esset possessorium adipiscenda, & num. 15.
- 4 Beneficia litigiosa Ordinarius conferre non potest, quia sunt Sedi Apostolica reservata, licet reservatio sit impropria.
- 5 Reservatio beneficii litigiosi locum non habet, nisi lis sit super titulo.
- 6 Possessio capta, lite pendente super possessorio, dicitur attentatoria.
- 7 Qui possessionem habuit, vel collationem obtinuit a non habente potestatem, dicitur intrusus, & non est legitimus contradicitor adversus provisorium Apostolicum.
- 8 Qua probando sint per subrogatum Apostolicum ad hoc ut ejus subrogatio sortiatur effectum.
- 9 In Gallia collatores ordinarii conferre solent beneficia, quantumvis litigiosa.
- 10 Reservatio beneficiorum litigiosorum est potius inhibiti temporis lite pendente, quam reservatio.
- 11 Indultum conferendi beneficia reservata, non tollit impedimentum litis pendens.

- 12 Patroni non possunt alium presentare in præcuium litis pendens.
- 13 Presumitur, Papam minus nocere velle patronis quam collatoribus ordinariis.
- 14 Ad hoc ut colligant obineat subrogationem, sufficit summo Pontifici narrare litem prout est, etiam si sit tantum super possessorio, quia obineat subrogatio quoad possessionem.
- 15 In materia subrogationis acta facta ad instantiam unius ex colligantibus, suffragantur alteri colliganti.
- 16 Per renunciationem factam liti & causa, si fuerit & potest Ordinarius conferre antequam summus Pontifex manum apposerit.
- 17 Per cessionem juris, & beneficii factam, si cessio extinguit, si pure & simpliciter cessio facta fuerit, & non in favorem alienius.
- 18 Quando cessio facta fuit in favorem alicuius personarum Papa, ille cessionarius vigore provisionis Pontificie subrogatur in locum alterius, & ita adhuc durat, & beneficium adhuc dicitur litigiosum.

Provisus Apostolicus fuit impetitus ab alio, qui etiam obtinuit provisionem Apostolicam, & obtinuit se immitti prius in possessionem beneficii collati: cumque primus provisor nulliter coactus se immitti in possessionem, videlicet non vocatus secundo proviso, contra formam textus in cap. *Episcopus, de præbend. in 6.* possessor appellavit interposuit ab huiusmodi processibus: sed primus provisor comparuit petens causam ad iudicem ordinatum remitti: re tamen in Signatura litigiosa, fuit cognitum procedi debere in causa appellationis cum toto negotio principali. His peractis appellans vita functus est, & Ordinarius illud dem beneficium cuidam tertio contulit.

Quærebatur utrum provisor facta huic remedia valida, an verò primus provisor, vel vigore primæ provisionis Apostolicæ sibi concessæ, vel vigore subrogationis per eum obtentæ in jus & locum colligantis, vel denique vigore novæ provisionis contentæ in litteris dictæ subrogationis præferendus esset huic tertio, cui ultimo loco collatio facta tam quoad petitorium, quam quoad possessorem.

Quoad possessorem dubium faciebat contra primum impetrantem, quod licet possessio efficiatur litigiosa per litem intentatam super solo possessorio, ex notatis per Paris. *de resignat. lib. 2. q. 3. n. 1.* † adeo ut talis possessio litigiosa non possit alteri cedi, nec jus ad illam adipiscendam, teste Parisio *citato, n. 54.* † Tamen ex sola lite super possessore beneficium non fuit effectum litigiosum, non ob illam rationem litis super summariissimo possessore, sed etiam super possessore adipiscendæ: super quo licet lis pendeat, non tamen impeditur Ordinarius conferre, quamvis tale possessorem dicatur quodammodo habere admixtam causam proprietatis de summariissimo possessore restat Barz. *de p. n. 11.* & de possessore adipiscendæ, Addent. ad *Ludovif. decis. 335. n. 19.* & sic cum beneficium non esset litigiosum, cessabat reservatio, † cum de jure omnia beneficia litigiosa sint Apostolicæ Sedi reservata, cap. 1. & 2. ut lit. pend. licet ista sit impropria reservatio, ut mox dicemus, & per consequens Ordinarius illa conferre non possit: Paris. *de resignat. lib. 2. quest. 2. numero 1.* † Sed illa regula locum non habet, nisi lis adit super titulo, non autem super sola possessione, ut diximus superius, part. 2. capite 3. § 3. numero 97. ergo videtur quod